

Konrad Rittershausen

Fama De Pestilentia Altorfina

Rostochii: Reusnerus, 1607

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728223856>

Druck Freier  Zugang



Konrad Rittershüs,
Ignatius Nasmiel,

Fama de pestilentia Altorfina

Rostochii 1607

C 9

3547



69-3547

40


Fama
DE PESTI-
LENTIA AL-
TORFINA,

per
CVNRADVM RITTERSHVSIVM,
f. C. Academiae NORIMBERGENSIS
hoc tempore Prorectorem,

refutata.

Ad Clarissimum Virum,

IGNATIVM HANNIELEM, I. V. D.
& Historiarum in Acad. Rostochina
Professorem.



ROSTOCHII
Excudebat Christophorus Reusnerus
ANNO 1607.



*Apè bonis nocuere etiam mendacia Fama,
Quam genuit pater Error, & Ignorantia ma-
Post aluit nutrix virosa Calumnia lacte, (ter,
Et cumis Polypragmosyne irrequieta agitavit,
Excipit amplexuq; rude & sine nomine Vulgus:
Credula plebs ulnis fovet usq; & gestitat ore.
Atq; utinam vulgus tantum plebesq; profana,
Nunquam isti & melior pars esset credula monstro!
Nunc Fama & rectas capiunt deliria mentes,
Ac delusa trahunt in partem etiam meliore
Pectora ficta luto, atq; fidem non raro merentur.
Ultra jappomiam fugere hinc libet, atq; videre
Plurima ubi Socijs qua demiranda patrentur,
Quae reduces nostro memorant orbi; aut Nova sembla est
In votis mihi, cum contingere talia cerno.
Optavi ò quoties illis suspendia linguis,
Quae cupide gaudent monstro prestare loquaci
Scæva ministeria, incompetaq; spargere rerum!
Optavi ò quoties, penderet ut auribus ille,
Quisquis amat varijs rumoribus indulgere, &
Sermonum aucupio ac populari pascier aura,
Atq; susurrioni patulas accommodat aures!
Si fierent optata, minùs fora pestreperent his
Rumorum gerulis, jam sunt quibus omnia plena,
Plus equo de alijs quos sollicitudo fatigat,
Strenuaq; interea domi inertia detinet ultro,
Rebus & in proprijs nimium facit esse supinos.*

Quam

Quàm varia & nostris de rebus garrijt illa
Fama, animal, quo non aliud fallacius ullum,
Error cui pater est atq; Ignorantia mater,
Præbuit & nutritrix virosa Calumnia mammæ,
Et cunas Polypragmosyne irrequieta agitavit!
Pestilens strages quantas hinc edere dicta est
Certatim morientum hominum subitoq; cadentum,
Turba velut muscarum haustorruit icta veneno,
Cottidie denos humus obruit. *Altorfina*,
Et vespillo cada veribus vix est satis unus,
Qui magna matris functorum corpora mandat,
Plurima fingenti si fas est credere Fama.

Ne verum inficiet (trahit hæc aliquid quoq; Fama
Ex vero, at nimium falsis exaggerat illud)
Visa fuit sanè nobis propè dira minari
Pestis, vastitiemq; Scholæ inductura fugaci,
Quando decus nostrum TAURELLUM trusit ad umbras,
Prætereaq; unus comes ipsi accessit & alter
De grege museo. Hinc quasi fulmine territa plebes
Ceteta dilapsa est, quærens fugiendo salutem,
Præsidio & vitam satagens tutarier isto.
Parva manus constans propria in statione remansit:
Parva quidem; nonnulla tamen; (nec gratia parvis
Omnis abest rebus; pretium nec ubiq; caterva est)
Ac remanct securæ, sua sine parte pericli.
Nemo pedem struxit doctorum: publica mansit
Vox quoq; de cathedra resonans, morem q; reservans.

Quo

Quò fugitis? Num fata loco excludenda putatis?
Ultima cum veniet, nulli evitabilis, hora,
Sardinia in medio quoq; Tibure amara cuiq; est:
Et nemo mortem, ut nemo sese effugit ipsum.


Semina cum pestis jam sint extincta penes nos,
Importata aliunde magis, quam hunc nata per agrum,
(Gratia sit superis & laus domi illius ergo:
Tuta iidem & porro concedant otia Musis!)
Vanescant etiam scæva deliria Fama,
Et major metus ipse malo. Iamq; hora reverti
Ad studia admoneat, superest nil quando pericli
Præterquam quod cuiq; impendet ubiq; locorum,
Nato homini, intra se cui semina mortis aluntur,
Et circumportantur, eat quocunq; per orbem.
Adde, quod hîc Musis favet indulgentia cæli,
(Quod fortasse impurum alibi contagia reddunt,
Aeris atq; hausti puri Altorfina fruuntur.
Mænia Felices homines sua si bona norint!

At tu, Fama sinistra, os mendax comprime tandem:
Quod res est, adsuesce loqui, verumq; fateri
Si potes, & falsum haud dum in naturam tibi vertit.
Nec tu, qui leges hæc, Rumori credito vano:
In rem præsentem potius proficiscere, sodes.


AURITAE EST OCULATA FIDES LONGE ANTETERENDA.

ALTORFII, mense Octobri M DC VI.





Quam varia & nostris de rebus ga
 Fama, animal, quo non aliud fallaciu
 Error cui pater est atq; Ignorantia ma
 Præbuit & nutritrix virosa Calumnia m
 Et cunas Polypragmosyne irrequieta ag
 Pestilias strages quantas hæc edere dicta
 Certatim morientum hominum subitog
 Turba velut muscarum hausto ruit icla
 Cottidie denos humus obruit. Altorfina
 Et vespillo cada veribus vix est satis u
 Qui magna matris sanctorum corpora
 Plurima fingenti si fas est credere Fam
 Ne verum inficiet (trahit hæc aliq
 Ex vero, at nimium falsis exaggerat u
 Visa fuit sanè nobis propè dira minari
 Pestis, vastitiamq; Scholæ inductura fa
 Quando decus nostrum TAURELLUM t
 Prætereaq; unus comes ipsi accessit &
 De grege museo. Hinc quasi fulmine t
 Ceteta dilapsa est, quærens fugiendo sa
 Præsidio & vitam satagens tutarier i
 Parva manus constans propria in stati
 Parva quidem; nonnulla tamen; (ne
 Omnis abest rebus; pretium nec ubiq;
 Ac remanct securæ, sua sine parte peri
 Nemo pedem struxit doctorum: publica
 Vox quoq; de cathedra resonans, more.



ama
 bras,
 t:
 vis
 t)
 ms.
 Quo